

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **De orthographia dictionum e Graecis tractarum**

**Johannes <Tortellius>**

**[Venedig], 12. Nov. 1484**

Z

[urn:nbn:de:bsz:31-299711](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299711)

hæc madidis cantat quæ sostratus allis. Difficilis nobis est locus iste: eni nihil certi de hoc Sostrato legerim<sup>9</sup>. De quo si diuinare licet putamus illum fuisse poetam non celebrem: q de Xerxe nec bene canens: hæc oia: quæ rettulimus cōscripsit. Quod ex auium translatione indicare uidef: quæ madidis allis inepte uolare dicuntur. Et ponit deinde Iuue. illius fugam. Nam cū a græcis duce Themistocle nauali prælio uinceretur: & plurimæ illius naues caperentur: multæ summergerent: rex ipse cū paucis exercitu p macedoniam fugiens: puenit ad festum: ubi cū solutum pontē hybernis tēpestatibus percæpisset: piscatoria scapha mare trepidus fulcauit. In eorum atq: eorū solitus sēuire flagellis Barbarus rex idest remis.



Acynthos cum. c. exili & .y. græco: atq: .th. aspirato scribit: insula parua est i græco mari propinqua atoliæ: urbem unicam eiusdem nominis teste Liuiio i sexto de secūdo bello punico detinens. Et quia nemoribus abundat: dixit Virgilius in .iii. æneidos: laz medio apparet fluctu nemorosa zacynthos. De qua locutus Vlyxes regi Alcinoo apud Homerum libro. ix. odisseæ οὐτὶ ἐγὼ τῆς γαίης δύναιμαι γλυκύτερον ἄλλοῖ δαεσθαί: hoc est ego quidem nil dulcius in hac terra uidere possum.

Zacanthi cum. c. exili & .th. aspirato scribitur: fuerunt teste Polibio zacynthiæ coloni in medio pyrenei montis siti: & iuxta fluuiū hiberum habitætes: ut & plures alii græci: qui circa illos inhabitant.

- Z**acharias cum. ch. aspirato scribit: nomen est uiri. ppriu m hebræi.
- Z**amolxis cū. i. latino scribit: fuit teste Herodoto li. histo. iiii. Pythagoræ seruus: cui getæ putantes illum Saturnum esse sacrificia impendebant.
- Z**elotypus cum unico. l. & .t. exili atq: .y. græco scribitur: dici pōt æmulator formæ. Nā zelus æmulatio est: & typos forma. Iuue. in satyra Si te ppositi: Quas in uaginæ fronte solebat ponere zelotypo iuuenis prælat<sup>9</sup> hiarbæ: hoc est iuuenis Aeneas: q ob decorem illatum a matre iuuenis uidebat: ac etiam Hiarbæ regi fuit i coniugio a Didone prælatus. Quare Zelotypiam diffiniēs Chrysippus: dicebat teste Laertio ægritudinem esse ex eo. puenientē: quod adsit alteri: quod ipse nō habeas: aderat enī Aeneæ Dido: quam Hiarbas habere non potuit. Et dixit Iuue. in uaginæ fronte: ut id Virgilio exponeret: q de Aenea loquens in .iiii. ænei. iquit: Atq: illi stellatus iaspide fulua Ensis erat. i. uagina. Nam ut ait Seruius in fronte & summitate uaginæ conseruauerunt preciosi lapides apponi.
- Z**eno cum. c. absq: diph. & unico. n. scribit: fuit philosophus cistienis ex cypro græca ciuitate scenicib<sup>9</sup> frequēter accolis. Fuitq: Napsei: siue (ut alii dicūt) Demei filius. Et teste Timotheo collo in alteram ptem inclinatore. Apollonius aut tyrius dixit eū gracili corpore fuisse: statu ppero: & atra cute. Vnde illum Chrysippus palmitem ægyptiū uocabat. Crura habuit turgida & imbecilla atq: ifirma. Ob quod teste Perseo multas cœnas declinauit. Vescebat libēter sicubus recentibus: & ad solē passis. Auditor fuit Cratis. Scipionem etiam & Xenocratē decēnio audiuit. Deinde cōuertēs se ad porticu: quæ pyriana cū uocabat: ex uaria & multæ scientiæ pictura Polygnoti orationē formabat. Vnde uolens locū illum stabilē facere: atq: inuolabile ubi ad mille quadringentitriginta ciues necati fuerāt. Cœpit in illa docere: ad quē eo audiendū discipuli cōfluētēs: q antea zenonii dicebant ab ipsa porticu stoici sunt uocati: ut Epicur<sup>9</sup> ipse in epistolis attestatur. Sigdem & ante illum teste Eratosthene poetæ in illa morantes: dicti sunt stoici: a qbus multum incremēti illa appellatio cœpit. Tanto in honore apud atheniēs Zeno habitus est: ut apud eū clauis urbis deponerēt. Ornarentq: ipm aurea corona & imagie ærea. hoc ipm & sui ciues fecere. Habuit auditores eximios: iter quos Antigonus cū ibat athenas eius erat auditor. Cui aliquādo hanc epistolam scripsit: rex Antigonus salutem dicit Zenoni philosopho: Ego fortuna me qdem & gloria uitæ tuā anteire existimo. Cæterū disciplinis studisq: liberalibus: & pfecta felicitate: quā tute possides: lōge abs te præcelli sentio. quocirca te orare statui: uti ad me pficere: id mihi persuadens te preces meas minime irritas fieri passurum. Tu igit modis oibus enitere: ut tuo cōtubernio fruamur. Hoc pcerto habens te non mei solū: sed oim simul macedonum eruditorem fore. Nam q macedoniæ regem erudit: atq: ad uirtutē ibuit: tum & subditos quosq: instruere ad fortitudinem & puitatē certum ē. Nam cuiusmodi fuerit dux: tales ut plurimū subditos fieri ē necesse. Vale. Cui Zeno respondit dicēs se maxime laudare eū: quod studiū nō uoluptatē sequerēt: quæ aios adolescentulog effœminat. Porro si adiciat modica exercitatio: neq: desit præceptoris copia: mature eū posse ad pfectionem puenire. Se aut non posse ad ipm pgerere senectute ipeditum: quod iam cēt octogenari<sup>9</sup>: sed se mittere ad eū quosdā ex cōtubernalib<sup>9</sup> suis qbus si studiose uterēt: beatitudinē ueram cōsequerēt. Misit autē Perseum thebanūq: Philonidem: ut patet in decreto atheniensū de illo. Hic adolescentulo cuidam inepta multa loquēti ait: Ideo duas habem<sup>9</sup> aures: os aut unum: ut. s. multa audiamus: pauca uero loquamur. Nonagesimo ætatis suæ aino decessit incolumis: integer: ac sine morbo. Nam ut rettulit Apollonius euz abiret ex schola lapidē offendens digitum perfrægit. Manu uero terraz feriens illud ait: ex Niobe uenio: quid me uocas? Et cōtinuo se strāgulās iteriit. Quo mortuo statuere illi atheniēs ex publico sepulturā i ceranico.

- Scripsitq; plura & uaria. Crudis cibus utebatur: & tenui pallio. Pueris semel aut bis tantum teste Laertio usus est: & ancillula quadam ne sexum odisse uideret. Erat ad eum facilis aditus. Euitauit neminem esse popularis. Nec tamen plusquam cum duobus aut tribus ambulabat. Fuere Zenones octo. Primus eleates Pyretis filius teste Apollodoro. Parmenides uero dixit illum fuisse natura filium Teleutagorae: adoptione uero Pyretis. Fuit teste Platone statura pœra: quae uocat sophistam Eleatē. Hunc iuuentore fuisse dialecticam sicut Empedocle rhetoricam testis est Aristoteles. Is cum Nearchum tyrannum: siue Diomedontem perfigare uellet captus est teste Heraclide. Et cum de coniurationibus interrogaret uolens significare tyrannum destitutū: rettulit omnes illius amicos cōscios esse. & cum simulasset se uelle ad illius aurem alloqui: ipsam mordicus apprehensam perforauit. uel teste Demetrio nasum arripuit. Dixitq; ad ciues: admiror uestram uecordiam: si hoc gratia: quae patior tyranno seruire statuitis. Sed cum complices coniurationis perferre cogeret: cōcisam dentibus linguam in os tyranni cōspuit: quo facto ciues tyrannum lapidauerunt. Secundus fuit stoicus: quae supra diximus. Tertius rhodius. Quartus historicus qui Pyrrhi in Italia gesta scripsit: epitomaeque romanarum & carthagenensium regum. Quintus Chryssippi discipulus. Sextus medicus acutae intelligentiae. Septimus grammaticus: cuius epigrammata ferunt. Octauus Sydoni philosophus epicureus qui de regno scripsit. De rebus. De nuptiis. De pietate Thyestae. De amoribus. Comœtaria in leges Platōis li. vii.
- Z** ephyrus cum y. graeco scribitur: uentus est occidentalis. De quo Oui. in primo de tristibus:  
Nunc zephyrus sero uespere missus adest.
- Z** etis cum t. exili: & i. latino semper apud graecos scriptum coperi. quod multi ex nostris scribant Zetum cum u. in fine & non cum i. Fuit filius Boreae ex Orithyia: & frater Calais.
- Z** ethus dum cum th. aspirato scribitur: fuit teste Homero in xi. odissae: filius Iouis ex Antiopa: & frater Amphionis.
- Z** eugma cum eu. diph. subsequente. g. scribitur: dici potest latine conexio. Nam figura est: quae tunc quoque fit cum plures sensus uno uerbo claudunt. Quod tribus contingit modis. aut in primo uerbo: ut currimus nos & tu. & tunc dicitur prozeugma. In medio: ut tu curris & ille. & tunc dicitur mezeugma. In ultimo: ut Hic illius arma: Hic currus fuit. Similiter Terentius: Hoc tunc obsequium amicos: ueritas odium parit. Et dicitur hysterozeugma cum y. graeco aspirato.
- Z** eusis cum eu. diph. subsequente. s. & i. latino scribitur: fuit pictor Heracleotes maximus sua aetate. i. olympiade quinta: & nonagesima. Hic teste Pli. xxxv. natu. histor. peniculum ad magnam gloriam perduxit. Opesque tantas acquiriuit: ut institueret donare opera sua: eo quod nullo precio satis digno permutare posse diceret. Aequales eius & aemuli fuere Timates: Androgides: Theompas: & Parrhasius: qui descendisse cum Zeufide in certamine traditur: ut uidimus in dictione Parrhasius. Idem teste eodem Pli. ferre pinxisse puerum uuas ferentem: ad quas cum aduolarent aues: percussit iratus operi & dixit: Uuas melius pinxi quam puerum. Nam si & hoc consummassem aues ipsae timuissent. Idem etiam Quintiliano teste luminum umbrarumque dicitur inuenisse rationem & plus membrum corporis dedit. Id amplius atque angustius ratus: atque (ut existimant) Homerum secutus: cui ualidissima quaeque forma etiam in foemina placet.
- Z** euxo cum eu. diph. & x. consonante scribitur: fuit teste Hestio. in theogonia una ex nymphis filia oceani & tethyos.
- Z** odiaicus cum i. latino: & c. exili scribitur: dici potest a nobis aialis. Nam circulus est signorum: quae in formam aialium figurantur: & a ζωον: quod est aial deriuat: ut aries taurus. & reliqua. Cingiturque totum caelum in obliquum: hoc est cancro circulus aeliuum: & capricorno hyemalē contingens. Unde dixit Virgilius in primo georgicorum: Obliquus qua se signorum uerteret ordo.
- Z** opyrus cum y. graeco scribitur: fuit Megabizi filius: cui opera & industria (ut dixit Herodotus i. iiii. histo.) Darius babylonem cepit.
- Z** uthus cum th. aspirato scribitur: fuit teste Homero in x. odissae: Aeoli filius ex Lepatra.

IOANNIS Tortellii Arretini commentariorum grammaticorum de Orthographia dictionum et graecis tractatuum opus per Hermanum Lichtenstein coloniensem: Venetiis pridie Idus Nouembres accuratissime impressum: Anno salutis. M. CCCC. LXXXIII.

PRIMARIO LITTERARII ORDINIS VIRO CONSTANTINO ROBEGANO  
NOTARIO TARVISANO HIERONYMVS BONONIVS .P. .S. .D.

Vorundam Hominum istis temporibus uaniloquentias: qui dum caeteris detrahunt sibi plurimum ascribere opinati: neminem uirum doctum cui non allatrent intactum relinquunt: aequo animo ferre non possum Constantine uir optime. Neque enim ingratitude qua isti hac in re potissimum coarguuntur: quicquam mihi stultius uidetur. Siquidem Guarinus ille Veronensis: Laurentius Vallensis: Arretini: Georgius Trapezuntius: compluresque alii doctissimi: qui romanam linguam maiorum incuria tanquam adificium putre uetustate collapsum: obliteratam prope extinctamque magno cum labore ac studii diligentia restituere